Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam interpretis donatus

Peregrinvs terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Salvator vulneratus. Fons æternæ Gloriæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-49469

Visual Library

2. Pellicanus pullos ſuos non tantùm ſuo ſanguine reuocat; ſed etiam roſtro ſuo exanimat & inter-ficit. Idem, ſecundùm D. Auguſtinum, nobiſcum facit Chriſtus. *Ego occidam, & ego viuificabo.* Occidit peccato, viuificat ad gratiam. *Occidit Paulum perſecutorem, & excitauit prædicatorem.* Hæc eſt vera vulnerum Chriſti operatio: *occidere & viuificare.* Chriſtus vulneratus occidit id, quod pertinet ad ſenſus & peccata; ea autem viuificat, quæ ſpectant ad ſpiritum & Gratiam.

3. Et, ſecundùm eundem S. Doctorem, *Pellicanus ſolitudinis Chriſtus, quia in ſolitudine natus, quia ſolus ſic natus, ſcilicet de Virgine. In ſolitudine paſſus, quia ſolus paſſus.* Hæc ſolitudo dependet ab alia ſolitudine, quæ eſt Amoris: ſepoſito enim quouis alio proprio emolumento noſtram ſpectauit ſalutem. Sic itaque Chriſtus eſt tibi verus ſolitudinis Pellicanus, imitare eius ſtudium, & te illi oſtende pellicanum, tuo ſanguine delendo, quidquid illum offendit, & promouendo eius gloriam. Sis quoque verus erga proximum pellicanus, eximendo eum à ſtatu peccati, & viuificando in ſtatu Gratiæ & Gloriæ.

Consideratio III.

SALVATOR VULNERATVS.

Fons æternæ Gloriæ.

1. Vita & gloria æterna in tribus conſiſtit actibus: *Viſione, Fruitione & Tentione.* Viſionem conſequimur merito vulneris Lateris. *Per apertionem Lateris meruit Sanctus viſionem apertam*, ait S. Bonauentura. A vulneribus ſanctiſſimarum Manuum prouenit fruitio: *Delectationes in dextra tua vſque in finem.*

Stim. p. 1. c. 11 fol. 32

Pſal. 15.

nem. Vulnera denique Pedum merentur æter-
tationem & permanentiam in Viſione & fruit-
Cant. 3. *Tenue eum, nec dimittam.*

2. Ab iiſdem pendet gloria corporis. Lu-
nerum corpora noſtra efficiet lucidiſſima inſt-
Matth. 13. non Mundi, ſed Paradiſi. *Tunc iuſti fulgebunt*
in Regno Patris eorum; ſed clariores & lucidior-
dore Solis, ſubtiliores eius radiis, agiliores ei-
& impaſſibiliores illius ſubſtantiâ. Ac proin-
vulnerum illuſtrabit corpora noſtra claritate, ſ-
agilitate, & impaſſibilitatis virtute.

3 Ab iiſdem quoque dependent Aureolæ
rum, Virginum, & Doctorum. Vulnera m-
uatoris ſunt exemplaria fortitudinis, fontes &
puritatis, Scholæ & ora Sapientiæ.

CONSIDERATIO IV.

JESUS VULNERAT

Amor triumphans.

1. ECce Amorem cœleſtem, qui nonniſi in C-
eſcere poteſt, propriâ etiam pelle nudum
ſubleuatum alis deſiderii ferendi etiam qua-
diſſitos, rubicundo Sanguinis velo conte-
ctum pharetrâ ſagittis amoriferis grauidâ.
Aug. in Pſ. 119. *minus ſagittare ad Amorem*, Sagittis, inquam,
dolorοſam mortem, ſed vitalem conferunt.
Rich. de S. Vict. de 4. grad. Char. Quatuor ſunt gradus perfecti Amoris: *vulnera-*
re, afferre languorem, & defectum inducere.
Anima ſauciatur in affectione (vulnerata charit-
ſum). Secundò, *ligatur in cogitatione*, dum
re amata cogitare poteſt, *& trahitur in* -
tatis. Tertiò, *languet in operatione*, quia -
tenta Creatorem, occupare ſe nequit circa C-
Pſal. 118. Quartò, *deficit per deſiderium diſſoluendi, & eſſe*
Chriſto. Deficit in ſalutare tuum anima mea.
Atque hi omnes ſunt effectus ſagittarum, qua-